

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Nummotheca Principum Austriae

ex gazis Aulae Caesareae potissimum instructa, & aliunde aucta, quae a prima aetate, qua in Austria cusa fuit moneta Sub Babenbergicae Stirpis Marchionibus, Ad Usque Habsburgicae Gentis Principes, Lineae Hispano-Austriacae, Huiusque Masculum Ultimum Carolum II. Regem Hispan.

Complectitur tabulas aeri incisas num. XLI

Herrgott, Marquart

Friburgi Brisgoviae, 1753

[Text]

[urn:nbn:de:bsz:31-241482](#)

Tab. XV. mitatu & equitibus Germanis, quos tum *Nigros* vocabant, eisdem *sappetias latus*, *Albam contendit, ac maiori, qua potuit, celeritate urbem muniri, & res bello necessarias importari iussit*

a (a): quæ singula summam MATHIÆ belli curam atque Imperium incubuisse demonstrant. Quin & eius ductu & Imperio dictus HASANES prope *Albam* unacum exercitu cæsus, occubuit. Ergo huiusmodi nummis MATHIAS pro *honorariis*, seu *donativis* usus videtur.

Quod vero ad aversam partem attinet, ea capti a MATHIA anno 1595. *Strigonii* memoriam conservat: qua de re iam ad num. ix. huius tabulæ, ac supra in RUDOLPHO, tab. XII. num. XI. dictum.

Adversam partem BANAGIA quoque in suo catalogo MS. muni-
sei Imperialis, inter nummos pri-
mæ magnitudinis, recensuit: sed
silentio prætermittit, an nota
chronologica signata fuerit, nec
ne. *M. Imp. ar. pond. I. unc.*
I. dr. LOCHN. an. 1723. p. 193.

XIII.

MATTHIAS D. ei G. ratia
ARCH. idux AV. stria DVX BVR.
gundia STI. rie CA. rinthia CAR.
niolia ET VVIR. tenbergia CO. mes
HAB. sburgi ET TIR. olis GVB. er-
nator ET SVP. remus GEN. eralis
HV. ngaria ET AV. xiliariorum
(militum) DVX. Protome MA-
THIÆ armata, & tessera aurci
velleris, nec non crispo focali
ornata, capite nudato, fini-
strossum verso.

(a) Ibid. p. 478.

In aversa parazonium, me- MATHI-
dium inter tropæa erectum, ac ^{AS ROM.}
duobus palmæ ramis, ad mo- ^{IMP.}
dum caducei, cinctum est: a
dextris super arma adstat grus,
ungula sinistra lapidem tenens,
ad levam pyramis, adiecto sue-
to Principis lemmate: AMAT
VICTORIA CVRAM.

Argumentum insignis huius
numismatis ex præcedenti pe-
tendum; quippe in cuius adver-
sa iidem honorum tituli, aver-
sa pariter haud disconveniente:
M. Imp. a. fus.

XIV.

In priori latere monogram- Tab. XVI.
ma nominis MATHIÆ cernimus,
superimposita corona regia, &
inferius numerum II.; nempe,
quod is post MATHIAM *Corvi-
num, secundus* hoc nomine in
Hungaria Rex imperaverit.

Posterior pars hanc inscri-
ptionem, quinque lineis abso-
lutam, continet: CORONATVS
HVNGARIÆ. REX. M D C VIII.
Utrumque nummi latus laurea
marginatum est.

Hoc nimurum anno Hun-
gariæ & Austriæ Ordines, Im-
peri Cæsaris RUDOLPHI eiusque
aulæ administratorum pertæsi,
mutuo se se fœdere obligarunt,
ut non nisi MATHIÆ Imperio pa-
rerent; quare Hungari in co-
mitiis, *Posonii*, mense Ianua-
rio, celebratis, eundem sibi
Regem elegerunt. Interventu
dein Papæ & Electorum con-
venit, ut Cæsar regnum Hun-
gariæ atque Austriam omnem,
certis conditionibus pactis, MA-

P 3

MATHIÆ

MATHIÆ cedat. Quamobrem re-
AS ROM. gni Hungarici insignia in castra
IMP. MATHIÆ delata, ipseque Pofo-
nii, die XIX. Novembris, ritu
solemni coronatus fuit.

Eius rei memoriam conser-
vat hic nummus missilis. Au-
rea enim atque argentea numif-
mata sub coronationis actum
sparsa fuisse testatur Illustr. Co-
mes KHEVENHILLER, qui hæc
omnia fusius prosequitur (a).
*M. Imp. au. 4. duc. & G. C.
locul. 2. tab. IX. n. 76. p. 137.*

XV.

MATTHIAS. II. D. ei g. ratia
REX. HVNGARIE ETC. etera. Ef-
figies Regis armata cum palu-
damento, crispo collari, & co-
rona in capite, sinistrorum ver-
sa. In imo cælatoris m. s. sigla.

Aversa, epigraphe destitu-
ta, decem omnino scuta com-
plectitur. Medium, illudque
maius & orbi inclusum, bipar-
titum: hinc tænias, inde cru-
cem Patriarchalem, quæ no-
tae sunt regni Hungarici tesseræ,
præfert. Reliqua novem in pe-
ripheria formam cordis habent,
& ligamine invicem necuntur.
Continentur iis regnum ac
provinciarum, ad Hungariam
attinentium, insignia, ac cuique
scuto præfixa est littera initia-
lis nominis regni, cuius conti-
net symbolum.

Primum eorum, quod ad
latus nummi sinistrum superius
conspicitur, Dalmatiae pardalina
capita offert, cum adposita lit-
tera D. Sequitur alterum in li-
nea descendente ad idem latus,
quod tessellatam Croatiae aream

(a) Annal. FERD. tom. vii. ad an. 1608.

præbet, addita littera e. Cete-^{tab. XVI.}
ra sequuntur hoc ordine: scla-
voniae, b. osniae, serviae, galli-
cie Lodomerie, cumanie Bul-
gariae insignia, quorum delineati-
ones & animadversiones ad sin-
gula dedimus tom. i. tab. XVI.
pag. 90. seqq.

Argumentum nummi patet
ex dictis ad numerum præce-
dentem. *M. Imp. au. 7. duc.
M. S. B. ar. deaur. fus.*

XVI.

MATTHIAS. II. REX. HVNGA-
RIÆ. CORONATUS. MDCVIII.
Protome Regis fere ut numero
precedenti.

In aversa figura muliebris
stolata, adverso corpore, in re-
gione, floribus confita, stans:
palmæ ramum dextra, sinistra
cornucopia tenet, capite spica,
ut videtur, corona redimito,
& sinistrorum verso. Pro pe-
dibus eius corona laurea iacet,
& in ambitu epigraphe, ex psal.
cxxi. 6. desumpta legitur: AB-
VNDANTIA. DILIGENTIBVS: TE:

Hoc schemate, quo fere etiam
abundantiam designabant anti-
qui, Hungari rerum copiam, ac
bona quæque a novo Rege exspe-
tanda esse testatum volunt:
cumque nummus aliquanto cras-
sior sit, quam missiles esse so-
lent, dubium remanet, utrum
& ipse sub coronationis sole-
nia, utut cetera convenient, in
populum missus fuerit? *M. Imp.
ar. pond. I. dr. M. S. B. a.*

XVII.

Adversa convenit cum præ-
cedenti: sed hic maioris est mo-
duli,
ubi de nummis populo sparsis col. 28.
& 29. agitur.

Tab. XVI: duli, & in segmento conspicuntur artificis *christiani* M. abler siglæ.

Aversa inscriptionem, septem lineis exaratam complectitur, cui ornatus gratia superimposita est corona laurea, duobus palmæ ramis in decussim innexa: MEMORIÆ ERGO: CIVITATES ET OPPIDANI. INFERIORIS AVSTRIÆ. PROPRYS SVIS. SVMPTIBVS. FIERI FECERVNT.

De peracta feliciter MATHIAS coronatione Hungarica Austriae quoque gaudium ac voluptatem capiebant; quod eidem simul hac summam in provincias Austriacas potestatem cessam scirent: caput quippe Domus Austriæ iam declaratus erat, ut supra ad num. XIV. animadvertisimus. Quare non dubitarunt civitates & oppidani Inferioris Austriae conceptam lætitiam novo Regi ac Princi suo publico hocce monimento testari.

M. Imp. au. 4. duc.

XVIII.

MATTHIAS II. D: ei G: ratia
REX HVN: garie DESIG: natus IN
REG: em BOHE: mie. Protome
Regis in veste Hungarica, cum
torque aurei velleris, capite ca-
liptra cristata operto & ad si-
nistram converso.

In aversa Rex phalerato &
cristato equo insidens, gladium
vibrat, capite corona radiata
redimito & sinistrorum verso.
In recessu schema urbis, appro-
piante eidem exercitu. Addi-
tur in ambitu epigraphe CAELE-
STI NVMINE. SVRGO. In um-
bone ad latus dextrum & in ex-
ergo siglæ cælatoris observan-

tur: c. hristianus M. abler c. um MATHIAS
PRI. vilegio c. asareo.

AS ROM.
IMP.

Præsens hic nummus totius tragœdiæ, qua sibi MATHIAS regnum Hungariæ atque ius ad regnum quoque Bohemiæ, si RUDOLPHUS diem sine liberis obiret, acquisivit, memoriam ac initium continet. Cum enim admoto ad urbem Pragensem exercitu, quod in aversa cernitur, priorem sibi coronam postularet, inter cetera cum RUDOLPHO eo etiam conventum est: ut Archidux titulo *designati Regis Bohemiae* uteretur (a). Ergo nummus primos assultus atque vim, qua fratri coronam Hungaricam extorsit, exhibet: licet forte post coronationem eius in Regem Hungariæ cusus; cum alioquin electi Hungariae Regis titulus adhibendus fuisse videatur. Utitur autem haud incongruo lemmate; cum ipsum momentum illud temporis fuerit, quo MATHIAS surgere, id est altiores dignitatibus gradus ascendere occœpit. M. Imp. ar. sicilic. & M. S. I. Vindobon.

XIX.

Prior pars cum num. XIV. convenit, nisi quod hoc loco sub corona duo palmæ rami de-
cussati conspiciantur.

Posterior hanc inscriptionem coronæ laureæ, quæ & in priori latere cernitur, inclusam, atque sex lineis absolutam, complectitur: CORONAT: us BOHE-
MIAE REX. 1611.

MATTHIAS *designati Bohemiae*
Regis titulo non contentus, coro-
nam ipsam, etiamnum vivente
RUDOLPHO,

(a) Id loc. cit. col. 12.

MATHI- RUDOLPHO, capiti suo imponi
AS ROM. cupiebat: quod & feliciter cum
IMP. vi, tum Ordinum Bohemico-
rum affensu & auxilio consecu-
tus est. Is paëta anno 1610.
intercedente FERDINANDO Ar-
chiduce & Electoribus, cum
Imperatore conclusa, insuper ha-
bens, anno insequente *Pragam*
cum decem & octo millibns ar-
matorum contendit, ubi xx.
Martii solemni pompa ingressus,
confirmatis atque auctis Ordin-
um privilegiis, iisque a Sacra-
mento, Imperatori præstito,
solutis, xxiii. Maii solemni ri-
tu coronatus fuit; qua occasio-
ne præfens hic nummus in au-
ro & argento haud dubie spar-
sus fuit. (a) *M. Imp. & S. B.*
ar. 16. XX.

Adversa, epigraphe destitu-
ta, sistit MATHIÆ imaginem pe-
ctore tenus efformatam, & ser-
to laureo circumdatam, in ami-
ctu Hungarico, cum torque
aurei velleris, capite caliptra
criftata operto, & ad sinistram
verso.

Peripheriam posticæ ornat
serum laureum: aream vero su-
periorem implet corona clausa,
cum duobus palmæ ramis trans-
versis: medium & infimam in-
scriptio, sex lineis concepta:
MATTHIAS II. D. ei G. ratia
HVNG. aria REX CORONAT. us
IN REGEM BOHEMIÆ AN. no
1611. DIE 23 MAII.

Congiarium est, occasione
coronationis Bohemicæ distri-
butum. *M. Imp. au. 2. duc.*
G. C. Suppl. II. tab. XLIII. n. 63.
p. 705.

(a) KHEVENHILLER, l. c. ad an. 1611.

(b) LUC. l. 71.

Adversa in omnibus conve-
nit cum aversa præcedentis num-
mi.

Postica ciconiam exhibet,
rostro serpentem enecantem ac
deglutientem, addita epigraphe
ex sacris litteris deprompta: SA-
LVTEM EX INIMICIS NOSTRIS. (b) b

Symbolum hoc pro satyra
interpretari potest: quasi MA-
THIAS glorietur de victa fratris
Cæsaris inimicitia, & confusis
eius consiliis, ob partam & fe-
liciter adeptam Bohemiæ coro-
nam, quam RUDOLPHUS II.
Archiduci LEOPOLDO destinave-
rat.

Atque id quidem maxime
ex epigraphe deducitur; cum a-
lioquin ciconia, rostro serpen-
tem comprimens, pii fervoris,
aut boni Principis, malos ex-
tirpantis, aut denique strenui
iustique Magistratus, qui im-
probis haud quaquam connivere
solet, symbolum habeatur (c). c

Huiusmodi autem nummos
sub ipsa coronationis solemnia
populo sparsos fuisse testatur Il-
lustr. KHEVENHILLERUS (d):
quanquam eidem aliam adver-
sam tribuit, quæ scilicet Re-
gis effigiem, adscripto die coro-
nationis exhibeat. *M. Imp. ar.*
sicilic. G. C. locul. I. tab. XII.
n. 99. p. 163. d

MATTHIAS II. D. ei G. ratia
HVN. garia ET BOHE. mia REX.
ARC. hidux AVS. triæ DVX BVR.
gundiae co. mes t. yrolis Effi-
gies MATTHIAE in veste Hunga-
rica,

(e) Vid. PICINELL. mundo symbolico.

(d) Loc. cit. col. 359.

Tab. XVI. rica, ad pectus cum aureo vellere, capite calyptra cristata oportet, ad sinistrum verso.

Aversa, inscriptione carens, exhibet in area tropæum, cui grus insit, dextra ungula calcum, seu lapidem sustinens.

Symbolo hoc alias usus fuit MATHIAS; ut vidimus supra num. IX. X. XI. XIII. nummum vero ipsum hoc anno 1611. post acceptam Bohemiae coronam honoribus novi Regis datum fuisse, vel ipse titulus *Regis Bohemiae*, in adversa scriptus, sic satis clare evincit; cum anno inseculo *Imperatorius* accesserit. Congruit quoque symbolum illud & rei & temporis, quo significatur: *solertia & vigilantia* Regi ac summo imperanti, quam maxime in re militari, opus esse. *M. Imp. ar. pond. 3. dr.*

XXIII.

Pars adversa num. præcedenti per omnia similis.

In postica VICTORIA Dea tunicata & alata, cum corona laurea in capite: sinistra palam tenens, dextra complectitur, ac ore quasi osculatur BELLONAM: hæc ex flagro, quod sinistra manu ostendit, dignoscitur; iis adstat tertio loco grus, *vigilantie* signum: altera ungula calculum sustinens: retro VICTORIAM arma ac tropæa conspiciuntur, & pro pedibus BELLONÆ pharetra cum arcu. Additur suetum lemma: *AMAT VICTORIA CVRAM.*

Inter cetera, quæ in nummis hactenus vidimus symbola,

TOM. II. P. II.

(a) Vid. P. I. huius Nummoothecæ p. 116.
num. CXVI.

ad apophthegma MATHIAE nullum isto accommodatius, luculentiusque nullum; VICTORIA namque BELLONAM amore prosequens, & grus addita, *cure & vigilantie* emblemata, toties repetitum illud lemma: *amat Victoria curam*, quasi eloquuntur.

Nummum porro istum ad annum 1611. pertinere, colligitur ex titulo, in adversa scripto, quem numero proxime antecedenti exposuimus. *M. Imp. ar. pond. 3. dr.*

XXIV.

MATHIAS. D. ei G. ratia ARCH. idux AVSTRiae HVNG. aria ET BOHEM. ie REX. Protome Regis in vestimento Hungarico, ad pectus, torque aurei velliris ornata, capite cristata calyptra oportet, ad levam converso.

Altera huius nummismatis pars ex nummo MARIE, CAROLI V. Filiæ, ac MAXIMILIANI II. Imp. coniugis desumpta est (a); ubi eandem ad nuptias, atque coronationem eiusdem in *Reginam Bohemiae* spectare dictum est. Quod idem hic de ANNA, quæ hoc anno 1611. MATHIAE matrimonio consociata, atque adeo *Regina ac Domina Hungariæ & Bohemiæ* facta est, dicendum videtur: hoc solo excepto, quod hæc tum non æque coronata fuerit. Vix enim non certum est, nummum dicto anno signatum fuisse; utpote cum, ut iam animadvertis, MATHIAS subsecuto anno cum titulo *Romanorum Regis* compareat.

a

Q

No-

MATHIAS
AS ROM.
IMP.

Notatu porro dignum est, in epigraphe adversæ titulum *Archiducis Austriae, Hungarie & Bohemiae Regis* titulo ordine præponi: quod an studio ab Austriacis, an casu factum sit, aut denique ex festinatione? alii iudicent. *Ex M. D. Bar. de BERBERICH communicavit D. a ROSENTHAL.*

XXV.

Adversa huius nummi plene planeque convenit cum antica nummi parte, supra num. XVII. exposita: anno nimirum in epigraphe expresso MDCVIII. percussa, quo diadema regni Hungariæ solemni ritu Posonii accepit.

Aversa continuat epigraphen: QVI CVM ANNA AVST: riÆ ARCHID: uce VIEN:nÆ NVPTIAS CELEBRAVIT: 4. DEC: embris. In area inter effigiem ANNÆ adposita est æra Christiana: ANNO 1611. Illa pro genio seculi pulchre compta, cimeliis & crispo collari denticulato exornata.

Erat ANNA FERDINANDI Tyrolensis nata ex ANNA MARIA Mantuana, quam MATHIAS anno & die, quæ Dominica erat, in umbone nummi signatis, uxorem duxit, ac nuptias Viennae cum ea celebravit (a).

In his solemnis celeritas videtur adhibita, ita ut novo numero, quod & in præcedenti, sed vice versa, locum habet, antiqua adversa pars querenda fuerit. Et certe MATHIAS post coronationem Bohemicam, sumptumque ab Ordinibus Silesiae

(a) Vid. KHEVENHILLER loc. cit. col. 375.

homagium, has nuptias Wien. Tab. XVI, nam vix reversus, instituit (b); ut adeo mirum non sit, quod Austriaci, qui hanc adversam alias suis sumptibus fieri curarunt, eadem nunc usi fuerint, quo Regem suum adhuc in tempore honore debito prosequerentur. *M. S. B. ar. pond. semunc. & M. Imp. semunc. 1. dr. sed ubi nonnihil detritus est.*

XXVI.

Sedet MATHIAS, regio ornatu indutus & coronatus, in solio, dextra sceptrum tenens, sin. globum, cruce instructum. Collare insuper crispatum, pro more eius seculi, gerit, ac torquem aurei velleris. In ambitu additur epigraphe, cauſam nummi exponens, quæ unacum numero annorum, nec non diei, secundum vetus & novum calendarium, in umbone hinc & inde adscripti, hunc in modum iungenda: IN MEM. oriam AVSP. icatissime ELEG. tioni MATH. ia REG. is HV. ngariae ET. BO. he mie IN REG. em RO. manorum. 1612. 17. IVN. ii.

In altera parte tres coronæ apparent, quarum media reliquis grandior atque illustrior est. Sub his duæ figuræ muliebres adversæ, umbilico tenus, representantur: quarum altera gladium, altera palmæ ramum tenet: *Inſtitia* videlicet & *Pacis* simulacula, oscula iungere parant, adiecta epigraphe: SVB TRIPL.ici. MATH. ia DIADEM, ate PAX ET IVSTIT. ia SE OSCVLAB. untur, quam psalmi LXXXIV. versus undecimus suppeditavit: mise-

(b) Id. Ibid.

TAB. XVI. misericordia & veritas obviarunt sibi: iustitia et pax osculatæ sunt.

Omnia cum clara & aperta sint, nummus explicatione haud indiget. Id solum in memoria revocandum: Electionem hanc more solito *Francofurti* factam. Ceterum ut *Pax MATTHIA* imperante conservaretur, omnium vota fuisse singularia, patet etiam ex binis distichis, quæ iuxta alias inscriptiones in umbella, qua novum Regem, in S. BARTHOLOMÆI templum ipso coronationis die equo euntem, quatuor ex Senatoribus Francofurtanis obtegebant, exarata fuerunt:

PACE nihil prius est, & quod mirere per orbem

PAX, cum *Mathias Rex* tegeretur * erat.

Omen ineſt rebus, nam Rex hic in omnibus oris

Atque aris, PACEM confeſret, atque focus. (a)

M. Imp. ar. pond. ſescunc.

XXVII.

MATTHIAS. D. ei G. ratia ELECTUS RO manorum IMPERATOR semper AUGUSTUS GERMANIA HVNGARIA BOHEMIA REX. Protome Cæsar's armata cum paludamento & crispo collari, capite laureato, ad levam verso.

In aversa aquila ad solem, halonibus circumdatum, respiciens: dextro pede globum Imperii, sin. sceptrum tenet. Conspicuntur hinc & inde reliqua insignia Imperialia: nimirum corona a dextris, a finistris vero

TOM. II. P. II.

* forte legeretur.

(a) Id ad an. 1612. col. 461.

gladius. Additur perigraphe: *MATHIAS ROM. FIRMATVM COELITVS OMEN.*

IMP.

Hoc Phænomenon, forte ante electionem visum, in bonum omen versum est, sicque in nummo expressum. *M. Imp. ar. pond. 3. dr.*

XXVIII.

MATTHIAS II. D. ei G. ratia H. ungarie B. bohemie REX CORO. natus IN REG em RO. manorum 24. IVN. ii 1612. Protome Cæsar's fere ut num. xxv. sed hic comparet capite laureato.

In aversa cernitur corona *Imperialis*, globo & cruce instrueta, solem inter & lunam, radiis utrinque illustrata: in peripheria legitur hemistichium: *CONCORDI. LVMINE. MAIOR.*

Illustr. KHEVENHILLERUS historiam peractæ coronationis pluribus describens, symbolum hoc nummo expressum ita exponit: *Concordantibus sole & luna & coronam imperiale salutantibus* (b). Verum sensus emblematis alludere videtur ad Electorum suffragia, quæ diu disparia erant, tandem vero interveniente ALBERTO *Austriaco*, & ad evitanda inter Archiduces disturbance ac simultates, ipso etiam intercedente, prædicta eligentium suffragia redditæ sunt *concordia*; unde apophthegma natum videtur, quasi *eucharisticon*: quod diadema Imperiale ex suffragiorum *concordia maiorem* dignitatem ac *splendorem* consecutum acceperit; hinc maiores quoque gratias Electorum votis, qui collustranti *soli* comparantur,

Q 2
(b) Ibid. col. 468.

MATHI- tur, & ALBERTO fratri, quem
AS ROM. luna assimilat, se debere, hoc
IMP. ce monimento profiteatur. M.
Imp. au. 2. duc. Vidi alium pond.
4. duc. Adde LOCHN. ad an.
1741. p. 409.

Hanc expositionem confir-
mare videtur nummus alias, ex
recens apertis *Grossorum Scri-
naris* (a) in supplementa nostra
num. xv. relatus. Eius adver-
sa sex Electores ostendit, quo-
rum is, qui primo loco consi-
tit, ac, ut credibile est, per-
sonam Archiepiscopi Mogunti-
ni sustinet, MATTHÆ Regi glo-
bum cum sceptro, cui aquila
insistit, tradit, adiecta in ambi-
tu epigraphe: CONCORDIA. PRIN-
CIPVM. SALVS. REIP. ublige.

Ex altera parte idem MA-
THIAS cataphractus equo insi-
dens, dextra parazonium tenet,
adiecta epigraphe: MATTHIAS.
AVSTRIVS. P. ius F. elix AVG.
ustus ELEC. tus & in exergo:
M D C XII.

XXIX.

Adversam hæc inscriptio
quince lineis comprehensa, im-
plet: MATTHIAS II. D: ei G: ra-
tia H. ungariae B. bohemiae REX CO-
RON. atus IN REGEM ROM an-
rum 24. IVN ii 1612.

Aversa non differt a præce-
denti, nisi magnitudine, estque
ciusdem argumenti. M. Imp.
ar. G. C. locul. I. tab. III. n. 23.
p. 64.

XXX.

MATTHIAS IMPERAT. or. Ef-
figies Cæsar is ut num. xxviii.

Postica eadem, quæ præce-

(a) Suppl. I. tab. XI. num. 120.

dentis: sed nummus minoris est Tab. XVI.
moduli, sparsus in coronatio-
ne Cæsar is. M. Imp. ar.

XXXI.

MATTH: ias ROM: anorum
IMP: erator CAES ar ET. ANNA
AVSTR: iaca AVG: usta. Protome
Cæsar is & Imperatricis iugatae,
sinistrorum conversæ. Hic ar-
matus, laureatus, crispo colla-
ri & torque aurei velleris orna-
tus: illa pulchre comta, cum e-
lato collari denticulato.

In postica septem S. R. I. E-
lectores in peristromate, aquila
Imperiali bicipiti coronata, gla-
dium & sceptrum tenente, insi-
gni, ante aram in genua pro-
voluti, quasi Deo preces fun-
dunt, isque, qui a dextris pri-
mum locum tenet, cor ardens
offert. Additur in margine epi-
graphe: ELECT. ionis REG. is
ROM. anorum FRANCOF. urti RI-
TE PERACTÆ MEM. oria A: nno
M D C XII. & in exergo: DOMI-
NVS REGNA CONSTITVIT. DAN. II.

Inscriptiones aversæ clare do-
cent, nummum hunc in me-
moriam peractæ electionis, seu
potius coronationis signatum
fuisse: coronationis, aio; cum
ante illam Imperatrix, quæ uti-
que haud eligitur, *Augusta* titu-
lum perperam assumpsisset. Hic
prior inventoris error est. Al-
ter in eo consistit; quod septem
omnino Electores repræsentat,
cum sex tantum pingendi fu-
issent, septimo nempe Cæsarea
dignitate decorato. Denique si
duæ illæ imagunculae, aræ vel
throno insistentes, Imperatoris
ac Imperatricis personas, quod
primo

Tab. XVI. primo aspectu intuentibus in mentem venire posset, repræsentant: auctor nummi non nisi singulari ineptia Electores ante eosdem prostratos exhibit. Postremo formula *Romanorum Imperator Gæsar* in hisce certe nummis insolentior est. Ex quibus omnibus de nummi pretio iudicandum.

a MELLENIUS (a) de alio nummo, & quidem unciali, mentionem facit, cuius tamen delineationem in medium non affert; propterea, quod cum PRIVILEGIO C. M. adeoque privata potius, quam ipsius Imperatoris auctoritate cusus sit: illum vero in hunc modum describit: „In antica effigies Au- „gusti & Augustæ combinatæ. „Epigraphe partis anterioris his „verbis circumscripta: MATTH. „ROM. IMP. CAES. ET. AN- „NA. AVSTR. AVG. In postica ita legitur „MATTH. IMP. CÆS. „P. P. AVG. ELIGITVR EIDIB. „IVNI. CORONATVR. IX. KAL. „QVINCT. BIDVO POST ANNA „AVGVSTA CORONATA ANNO „SAL. CIO IC CXI. FRANCOF. *Biduo* dicit: tertiam, post MATTHIÆ coronationem, diem intelligens; ut ex nummo infra num. XXXIII. amplius patebit. *M. Imp. pl.*

XXXII.

Adversa huius numismatis pars eadem erat, quæ num. præcedenti adversam constituit; quare a repetita eius delineatione abstinentendum duximus.

Hæc vero figuram tricipitem, cum corona radiata, intuendam offert, quæ dextra

gladium circumvoluto serpente, MATHIÆ atque bilancem tenet: sinistra AS ROM. palmæ & laurei ramum. Pe- Ætori monogramma nominis IESU inscriptum est, & in sinu eius codex sacræ Scripturæ iacet. Eadem pedibus facco, nummis, qui erumpere incipiunt, replete, innititur. Superius duo genii advolant, sceptrum & globum Imperii adferentes, atque una coronam Cæsaream capiti eius imponentes. Inferius a dextris pellecanus, proprio sanguine pullos pascens, cernitur, & propter hunc globus cum instrumentis Mechanics. A sinistris vero leo accubans, clypeo, ut videtur, innixus, ac pone ipsum grus solito more. Adiicitur epigraphe: HIS SCEPTRA VIREBVNT. In exergo autem siglæ cælatoris c. um PRIVIL: egio CÆS. areæ M. iestatis c. bristianus M. ahler.

Emblematicus hic nummus, qui haud dubie eundem & cælatorem & inventorem habuit, regnandi artem variis virtutum symbolis, alias notis, exprimit. *M. Imp. ar. deau. pond. 5. dr.*

XXXIII.

MATTHIAS. II. D. ei G. ratia H. ungaria B. ohemie REX. CORON. atus IN. RE. gem ROM: anorum 24 IVNI i 612. Protome Cæfaris, ut num. XXVIII.

ANNA. MATTHIÆ. CÆ. faris serenissima CONIVNX. I. n REGI nam ROM: anorum CORONata 26 IVNI i. Elegans hoc numisma, coronationis tum Imperatoris tum Imperatricis monumentum, explicatione non indiget: nisi

Q 3 quantum

(a) Syll. uncial. p. 104.

MATHIAS ROM. IMP. quantum ad torquem aurei vel-
leris, quo Imperatrix æque ac
maritus, conspicua est, spectat:
sed hac de re alias iam egimus.

Meminit BANAGIA in suo
MS. catalogo nummophylacii
Archiducalis, similis nummi,
aversæ nostræ, cum hac ipsa
epigraphe, quem inter nummos
primæ magnitudinis refert: at-
que hunc ipsum torquem dili-
genter etiam observat. *M. Imp.
ar. deau. pond. 2. dr.*

XXXIV.

ANNA. *Dei gratia ROM. a-
norum IMP. eratrix HVN garie
BO hemie REGINA AR chidux AV-
strie cetera.* Nummus hic
unilateralis integros ANNÆ titu-
los exhibet, cum in reliquis
Augusta solummodo audiat;
cumque eandem singulari mun-
do ornatam exhibeat, suspicio
oritur: an non idem distributus
sit, cum anno 1613. die xxv.
Martii in Reginam Hungariae
coronata fuit? *M. Imp. ar. pond.
2. dr.*

HERÆUS nobis multo felici-
or, huic nummo aversam, seu
potius adversam partem invenit,
& suis tabulis inseruit; in illa
mariti Cæsaris effigies, capite
laureato, ac facie similiter ob-
versa, pectore tenuis, sistitur. Ve-
rum in gazis Augustalibus num-
mum hunc, ANNÆ dicatum,
absque postica reperimus: *He-
raeum vero nummum pariter
ovatae figuræ, sed aliquanto mi-
noris moduli, postica parte in-
structum, dabimus num. xxxvi.*

XXXV.

Anterior huius numisma-

(a) Loc. cit. tom. VIII. col. 551, seqq.

tis pars, num. xxxi. maximam ^{Tab. XVI.}
partem respondet.

In parte posteriori Cæsar pal-
liolo induitus & pileo cristato
tectus, equo phalerato vehitur
sub umbella, a quatuor viris
palliatis & inopertis gestata.

Perigraphe germanica, iuncta
cum inscriptione, in exergo po-
sita, ac latine reddita, sic fluit:
*In memoriam introitus Cæsareæ
Maiestatis, nec non comitiorum,
Ratisbonæ habitorum, die IV.
Aug. 1613.* Cælator siglas addi-
dit: *c. um p. rivilegio c. æfarea
M. aieſtatis:* aut si mavis, *c. bri-
ſtianus M. abler.* An numerus
quaternarius a cælatore, an ve-
ro ab iconographo inversus fu-
erit? nobis incertum est. Quem-
admodum, quid sibi stella, in
fronte Imperatricis apparens,
velit, ab aliis edoceri cupimus.

Introitum, de quo hic men-
tio fit, pluribus describit Cl.
LOCHNERUS, loco mox citan-
do, & ante ipsum Illustr. KHE-
VENHILLERUS (a), quem ta-
men ille in nonnullis minutiori-
bus emendat. In ipsis comitiis
propositio ad diem XII. Aug.
facta de pace, in Imperio te-
nenda, de bello Turcico, &
de re monetaria &c. LOCHNER
ad an. 1738. pag. 49.

XXXVI.

MATTHIAS *Dei gratia ELE-
CTUS ROMANORUM IMP. erator sem-
per AUGUSTUS GERmania HVNGA-
RIE BOHEMIÆ REX.* Effigies Im-
peratoris fere ut num. XXVIII.
nisi quod is adversa hic non ni-
hil fronte sistatur.

In postica visitur arbor fru-
tifera, nubibus circumfusa:
sub-